



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

necq; arbor mala, faciens fructum bonum. Vna queq; enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Neq; enim e spinis colligunt ficus, neq; e rubo vindemiant vnam. Bonus hō ex bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malū. Ex abundantia enī cordis loquit̃ os eius. Quid autē vocatis me dñe, dñe, & non facitis quæ dico? Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis, cui similis sit. Similis est hōi, ædificanti domū: qui fodit in altū, & posuit fundamentū super petrā. Inundatiōe autē facta, illisum est flumē domui illi, & nō potuit eā mouere. Fundata enī erat super petrā. Qui autē audiuit & nō fecit, similis est homini, qui ædificauit domū suā sup terrā, absq; fundamēto, in quā illisus est fluius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

¶ CAPVT. VII.

Um autē consumasset oīa verba sua audiente populo intrauit Capernaū. Centuriōis autē cuiusdā seruus male habens, agebat animā, qui illi erat charus. Cū audisset autē de Iesu, misit ad eū seniores Iudeorū, rogans eū, vt veniret & seruaret seruū suum. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enī gentē nostrā, & synagogam ipse ædificauit nobis, Iesus autē ibat cū illis. Et cū iam non longe abesset a domo, misit ad eū Centurio amicus, dicens ei: Dñe, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. Quapropter nec me ipsum sum dignū arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur

LVCAM. IN V. FO. LXVIII.

puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate cōstitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, ac vadit: & alteri, veni, ac venit: & seruo meo, fac hoc, ac facit. Auditis aut̄ his Iesus, mirat̄ est eū, & conuersus, sequenti se turbæ dixit: Dico vobis, ne in Israel quidē tantam fidē inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, in domū, inuenerunt seruū qui languerat, sanum. Et factū est deinceps ibat in ciuitatē, quæ vocat̄ Nain, & ibant cū eo discipuli ei⁹ multi, turbaq; copiosa. Cū aut̄ appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebā filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset dominus, misericordia mot⁹ super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigitq; loculū, porro qui portabāt substiterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illū matri suæ. Accepit aut̄ omnes timor, & glorificabant deum, dicentes. Propheta magnus surrexit inter nos, & deus visitauit plebē suā. Et exijt hic rumor in vniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimā regionē. Et nunciauerūt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, misitq; ad Iesum, dicēs: Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Cū aut̄ venissent ad eū viri, dixerunt: Ioannes baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille, qui venturus erat, an alium expectamus? In eadē aut̄ hora multos curauit a morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis, Quod cecī vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mor-

○ ij

tui resurgunt, pauperibus annunciatu euangeliū, & beatus est
 quicunq; non fuit offensus per me. Et cum discessissent nun-
 cij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas. Quid ex istis in
 desertum ut videretis? arundinem vento agitari? Sed quid ex
 istis visuri? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui
 vestitu splendido vestiuntur, & in delitijs agunt, in aulis Regum
 sunt, Sed quid existis ad videndum? prophetam? Vtiq; dico
 vobis, & plusquam prophetam. Hic est de quo scriptum est:
 Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit
 viam tuam ante te. Dico enim vobis: Maior inter natos mulie-
 rum propheta Ioanne baptista nemo est. At tamen qui minor
 est in regno dei, maior est illo. Et omnis populus audiens & pu-
 blicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pha-
 risæi autem & legis periti consilium dei spreuerunt aduersus se-
 metipsos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus. Cui ergo
 similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt?
 Similes sunt pueris sedentibus in foro, & acclamantibus inter se
 ac dicentibus. Cantauimus vobis tibijs & non saltastis. Cecini-
 mus vobis lugubria, & non plorastis. Venit enim Ioannes bap-
 tista neq; edens panem, neq; bibens vinum, & dicitis: Demo-
 nium habet. Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis: Ec-
 ce homo edax, & vinipotor, amicus publicanorum ac peccato-
 rum. Et iustificata est sapientia a filijs suis omnibus. Rogabat au-
 tem illum quidam e pharisæis, ut caperet cibum cum ipso. Et
 ingressus domum pharisæi, accubuit, Et ecce mulier que fue-

rat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuisset in
 domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, stansq; ad pedes
 eius a tergo flexis, lachrymis cepit rigare pedes eius, & capil-
 lis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes eius, & vn-
 guento vngebat. Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum,
 ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utiq;, quæ &
 qualis est mulier, quæ tangit ipsum, quia peccatrix est. Et re-
 spondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo quiddam quod
 tibi dicam. At ille ait: magister dic. Duo debitores erant cui-
 dam creditori, vnus debebat denarius quingentos, & alter quin-
 quaginta. Cum autem illi non essent soluendo, condonauit
 utrifq;, horum igitur, dic vter eum plus diliget? Respondens
 Simon, dixit: Existimo, quod is cui plus condonauit. At ille dix-
 it ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni:
 Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedi-
 bus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes me-
 os, & capillis capitis sui extersit. Osculum mihi non dedisti, hæc
 autem ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos. Oleo
 caput meum non vnxi, hæc autem vnguento vnxit pedes me-
 os. Propter quod dico tibi: Remittantur peccata eius multa,
 quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, is minus
 diligit. dixit autem ad illam: Remittantur tibi peccata. Et cœperunt
 qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic, qui etiã pec-
 cata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fe-
 cit, vade cum pace.